**ANEXO I**

**Referências ao Hermitago D. Roberto nas Inquirições de 1258**[1]

De Reriz:

Johannes Petri judex de Reyriz juratus et interrogatus dixit, quod villa de Reyriz et Solago sunt tote regalenge Regis exceptis duobus casalibus, que testavit Dominus Rex Alfonsus proavus istius Regis fratribus de hermitagio de Dono Ruberte, ut audivit, et sunt inter Solago et Reyriz decem e septem casalia Regis.

Interregatus quo forum faciunt Regi, dixit, quod dant Regi quintam de pane et sextam de vino et de lino, et suas directuras, et pectam vocem et calumniam, et vadunt in hostem et anuduvam, et de ipsis duobus casalibus, que hermitagium de Donno Ruberte habet un Reyriz, vadunt in hostem et anuduvam Regis. (pp 343)

...

Idem Johannes Petri, judex dixit, quodhermitagium de Donno Ruberte habuit de testamento de casalí, quodfuit de Fernando Johannis, unam vineam in varzea de Reyriz regalengam, et modo Donna Maior domina tenet ipsamvineam de hermitagio invita sua, et dat inde rationem Regi, tamen nonfacit aliudforum Regi, et tempore non recordatur. (pp 344)

...

Idem, Johannes Petri, judex dixit quod hermitagium de Donno Ruberte habet duos mollinos regalengos Regis in aqua de Pavia in termino de Reyriz de testamento, et nullum forum facit Regi, et unus de istis molendinis fuit de casali de Fernando Johannis de Reyriz, et alius fuit de casali de Egea Martini; et similitur de tempore non recordatur. (pp 344)

Johannes Martini de Reyriz, juratus dixit, quod Suierius Laurencii scutifer et Maior Fernandi uxor sua comparaverunt istos molinos de Egea Martini et Fernando Johannis hominibus Regis; et Donna Maior **dedit istos molinos hermitagium** tali ratione, quod ipsa Donna haberet in vita sua predictam vineam, quam hermitagium habet in Reyriz de casali de Fernando Johannis, et addit quod comparaverunt istos mollinos tempore Domini Regis Alfonsi patris istius Regis (pp 344)

De Castro de Ario:

...

Item, Dominicus Petri juratus dixit, quod ecclesia de Castro et hermitagium de Donno Ruberto habent etpossidentunumcasale, quod fuit de Petro Pequeno in Brazos de Castro forarium Regis de jugata per forum de Castro de testamento de Pedro Pequeno de tempore Domini Regis Sancii fratribus istius Regis. (pp 354)

...

Item, Dominicus Petri juratus dixit, quod Frade fuit clericus et comparavit casas et vineas forarias Regis in Castro, et fecit duos filios unum laicum et alium clericum, et modo Egas Martini clericus qui fuit filius de ipso Frade, obiit, et testavit hermitagio de Dono Roberto in Castro unam bonam vineam, que fuit de ista conpara, et modo hermitagem habet ipsam vineam, et nullum forum facit Regi, tempore istius Regi. (pp 354)

De Lamelas:

Petrus Pelagii de Lamelas juratus et interrogatps dixit, quod Marina Menendi ava ejus testavit hermitagio de Donno Ruberto unam hereditatem forariam Regis de jugata in termino de Castro in loco, qui dicitur Pala de Pito, tempore istius Regis. (pp 355)

Item, Pelagius Menendi juratus dixit, quod Dominicus Fagildiz testavit hermitagio de Donno Ruberto unam magnam pezam de hereditate forariam Regis de illo casali de Lamelas, quod fui de Dominico Fagildi, forario in Pala de Pito, tempore Regis Sancii fratribus istiu Regis (pp. 355)

De Covelias:

Martinus Johannis de Covilias quondam judex juratus dixit quod filii de Maria Petri de Covilias testaverunt hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis prope (sic) homicidium in loco, qui dicitur Pala de Pito, temproe Domini Regis Sancii fratribus istius Regis (pp 356)

[1] Versão impressa no livro "Castro Daire" (vd. bibliografia), pp. 343-379

Item, Martinus Johannis dixit, quod Pelaginus de Faraginas intravit ordinem de hermitagio Donni Roberti, et testavit secum eide(m) hermitagio unam bonam hereditatem forariam Regis in termino de Faragias, in loco, qui dicitur Carvalal Avarento, tempore Domini Regis

Sancii fratribus istius Regis. (356)

Johannes Pelagii de Covelias juratus dixit, quod sapit Pelaginum habere et possidere istam heredditatem pro foraria Regis, et modo videt eam habere et possidere hermitagium Donni Roberti"(356)

ìem Vtartinus Johannis quondam judex dixit, quod Donna Therasia testavit hermitagio Donni Roberti unam vineam in Covelias forariam Regis de jugata tempore Domini Regis Sancii fratribus istius Regis.(356)

Item, Marinus Johannis quondam judex juratus dixit Johannes Martini de Covelias dedit in vita sua eidem hermitagio unum campum, et fecit in ipso campo vineam, qui campus erat forarius Regis de foro de Castro, tempore Domini Regis Alfonsi Portugalie et Comitis Bolonie (pp 356)

Jounn", Martini de Covelias juratus dixit, quod Johannes Johannis de Covelias dedit hermitagio Donni Roberti unam vineam in termino de covelias in loco, qui dicitur As de Roorigo, tempore istius Regis (pp 357)

Petrus Johannis de Covelias juratus dixit, quod Johannes Laurencii pater ejus et Maria Menendi uxor ejus testaverunt hermitagio unum sautum in termino de Covelias in loco, qui dicitur Cabanas, tempore istius Regis. (pp 358)

Item, Dominicus Michaelis juratus dixit, quod Maria Petri mater ejus testavit hermitagio Donni Roberti unum sautum forarium Regis in termino de Covelias in loco, qui dicitur Cabanas, tempore istius Regis (pp 358)

Item, Johannes Johannis, juratus dixit, quod Michael Pelagii de Covelias dedit in vita suahermitagio Donni Roberti unum sautumtempore istius Regis in termino de Covelias in loco dicitur Cabanas (pp 358)

Johannes Michaelis de Covelias juratus dixit, quod Petrus Michaelis frater ejus testavit hermitagio Donni Roberti unum sautum in termino de Covelias in loco dicitur Mouzeleyra, tempore Regis istius. (pp 358)

De Felgosia:

Johannes Pelagii de Felgosia juratus dixit, quod Maria Menendi de Baltar mater ejus testavit hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in termino de Fareygia, in loco, qui dicitur Monteyra, tempore istius Regis. (pp 359)

Johannes Pelagi de Felgosia juratus dixit, quod hermitagium habet unam pezam de hereditate foraria Regis in termino de Felgosia in loco, qui dicitur Pavoo de tempore isitus Regis, et ista hereditas fuit de Maria Midiz, et Maria Midiz obiit tempore istius Regis, et fratres de hermita filiaverunt ipsam hereditatem. (pp. 360)

De Felgosa:

D. Jonannis de Felgosa juratus dixit, quod Petrus Pelagii Pereyra socrus ejus testavit hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in termino de Castro in loco, qui dicitur Portela, tempore Domini Regis Sancii fratris istius Regis. (pp 361)

Johannes, Petri de Felgosa juratus dixit, quod Petrus Pelagii pater ejus testavit hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in termino de Castro in loco, qui diciturJunquaes, tempore Domini Regis Sancii fratris istius Regis (pp 361)

De Baltar:

Petrus Dominici de Baltar juratus dixit, quodAuruana de Baltar testavit hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in termino de Baltar in loco dicitur Pavoo, tempore istius Regis (pp 362)

Item, Petrus Dominici juratus dixit, quod Johannes Lotzao testavit eidem hermitagio aliam hereditatem foraria Regis in Pavoo tempore isitus Regis. (pp 362)

Item Menendus Pelagii juratus dixit, quod Menendus Dominici et uxor sua Tarasia Petri testaverunt hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in termino de Baltar in loco, qui dicitur Monteyra, tempore Regis Sancii fratris istius Regis, (pp 362)

De Monasterio:

(Nota: ouvidas várias testemunhas e enumeradas algumas propriedades foreiras ao Rei cedidas à Igreja de Castro Daire, segue-se esta afirmação):

"Omnes istas hereditates habent et possident ecclesia de Castro et hermitagium Donni Roberti, et nullum forum faciunt Regi.

Item, predictum hermitagium et predicta ecclesia et Hospital habent multas hereditates et vineas de testamentis, sed nesciunt testatores, nec de tempore recordatur. (pp 363)

De Faregia:

Item, tuturtinus Pelagii de Fareygia, dixit, quod Petri de Linares testavit hermitagio Donni Roberti unam hereditatem forariam Regis in loco, qui dicitur Monteyra, tempore Regis Sancii fratris istius Regis. (pp.364)

Item, Martinus Pelagii juratus dixit, quod Petrus Gunsalvi de Faregia testavit hermitagio unam hereditatem forariam Regis in termino de Castro in loco, qui dicitur Monteyra, tempore Regis Sancii fratris istius Regis (pp 364)

Item, Martinus Pelagius juratus dixit, quod Petrus Petri et Martinus Petri de Faregia dedereunt un vita sua hermitagio unam hereditatem forariam Regis in loco, qui dicitur Portela de Spino, tempore Sancii fratris istius Regis (pp 364)

Item, Lupus Johannis dixit, quod ipse dedit in vita sua hermitagio Donni Roberti quatuor pezas de hereditate foraria Regis, quarum jacent tres leyre inter Pavoo et Spino, et una jacet in loco, qui dicitur Ervideyro, tempore istius Regis.(pp 364/365)

Pelagius Petri de Faregia juratus dixit, quod Petrus Gunsalvi de Faregia pater ejus testavit hermitagio unam hereditatem forariam Regis in Mira Vay, et aliam in loco, qui dicitur Monteyra, tempore Regis Sancii fratris istiu regis. (pp 365)

Martinus Roderici de Faregia juratus dixit, quod Johanio de Faregia socrus ejus intravit ordinem de hermitagio, et dedit secum hermitagio unam pezam de hereditate foraria Regis in loco, qui dicitur Monteyra, tempore istius Regis. (pp 365)

Petrus Petri de Faregia juratus dixit, quod Martinus Martini et Domnicus Martini testaverunt hermitagio unambonampezam de hereditate foraria Regis in loco, qui dicitur Monteyra tempre istius Regis (pp 366)

Item Petrus Petri dixit, quod Maurus et Dono testaverunt hermitagio unam bonam hereditatem forariam Regis un termino de Castro in loco, qui dicitur Monteyra, tempore Regis Sancii fratris istius Regis (pp 366)

Johannes Menendi de Brazos juratus dixit, quod Menendus Veegas pater ejus testavit hermitagio unam hereditatem forariam Regis in Pala de Pito tempore Regis Sancii fratris istius Regis (pp 366)

De Maura Morta:

Item, Martinus Joannis juratus dixit, quod homines de fratribus de hermitagio Donni Roberti, qui morantur in Villar, laborant et habent hereditatem Regis de Maura Morta in loco, qui dicitur Carvalal de Johanne, et nullum forum faciunt Regi (pp 368)

De Gondivao:

Item Petrus Dominici juratus dixit, quod fratres de hermitagio Donni Roberti tenent unam bonam hereditatem de termino de Gondivao in loco, qui dicitur Piornaeso sed nescit, unde habuerunt eam, nec de tempore recordatur. (pp 370/37l)

De Secos:

Item, Johannes Veegas juratus dixit, quod hermitagium donni Roberti habet in termino de Secos unam bonam hereditatem in loco, qui dicitur Cerzeyra et Barazeyra, et est regalenga, sed nescit und habuit, nec de tempore recordatur.

Garsea Pelagii juratus dixit similiter. Stephanus Johannis judex dixit similiter. Et addunt, quod Hermitagium habet in termino de Secos alias hereditates regalengas, sed nesciunt unde habuit. Johannes Ermigiz dixt similiter. Menendus Moniz dixit similiter.

Item, Johannes Ermigii juratus dixit, quod ecclesia de Pineyro habet alias hereditates regalenga Regis de termino de Mozam, sede nesciunt habuit; et similiter dixit de hermitagio Donni Roberti (pp 3121313)

Nos vero inquisitores interrogantes de Joanne Martini priore monasterii de hermitagio Donni Roberti et de Dominico Johannis fratre ejusdem loci et de Johanne Martini fratre similiter et aliis fratribus, si monasterium de Hermitagio habet aliquos patronos vel heredes, omnes una voce dixerunt, quod monasterium de Hermitagio est totum Dominici Regis, et est hedificatum in propria hereditate Regis, et Dominus Rex est patronus, et quicquid boni monasterium habet, per Reges habet, et dixerunt eciam, quod omnes priores, qui fuereunt missi in prelatura in ipso monasterio, fuerunt missi et concessi per Reges (pp 373)